

USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)  
Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2016-LIVELLO A

Summarium

*Breviter narratur de bellis a Romanis imperatoribus in Britannia gestis, a Claudio usque ad Severum.*

*De Britannia a Romanis subiecta et defensa<sup>1</sup>*

Anno ab Urbe condita DCCXCVIII Claudius, imperator ab Augusto quartus, *volens* se ipsum utilem reipublicae ostendere principem, bellum ubique tulit et victoriam quaesivit. Itaque bellum in Britanniam movit; ideo insulam petivit, quam, neque ante Iulium Caesarem, neque post eum, **quisquam** adire ausus erat, ibique sine ullo proelio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulae partem in deditionem recepit. Orcades etiam insulas, *ultra Britanniam in Oceano positas*, Romano adiecit imperio, ac sexto, quam profectus erat, mense Romam rediit, filioque suo ‘Britannicum’ nomen inposuit. **Hoc** autem bellum quarto imperii sui anno gessit.

Ab eodem Claudio Vespasianus, *qui post Neronem imperavit, in Britanniam missus*, etiam Vectam insulam, Britanniae proximam, Romanorum imperio adiecit. *Succedens autem Claudio in imperium Nero*, nihil omnino in re militari ausus est: ideo, inter alia Romani multa regni detrimenta, Britanniam fere totam amisit; nam, *Nerone imperatore*, duo nobilissima oppida Britanniae capta atque subversa sunt ab hostibus.

Hadrianus imperator murum, **quod** et vallum dicitur, fecit *ad Britanniam defendendam*; Severus autem imperator, *cum vidisset*, magnis gravibusque proeliis saepe gestis, partem insulae Britanniae ab indomitis gentibus receptam esse, vallo **defendendam** insulam putavit. Itaque Severus magnam fossam fortissimumque vallum turribus munitum a mari ad mare duxit. Severus apud Eboracum urbem morbo mortuus est. Reliquit duos filios, Bassianum et Getam; Bassianus ‘Antonium’ cognomen habuit et regno potitus est; imperium solus gessit et ‘Caracalla’ a populo vocatus est.

adicio, is, ieci, iectum, ěre

*addĕre*

in deditionem recipĕre

*victor dux “accipit in deditionem/potestatem” terras de victis hostibus*

detrimentum

*damnum*

Eboracum

*York*

fere

*quasi*

nihil omnino

*nihil ullo modo*

Orcades

*insulae, quae Anglice “Orkney” vocantur*

proficiscor, eris, profectus sum, i

*abeo*

ubique

*omni loco*

Vecta

*insula, quae Anglice “Wight” vocatur*

<sup>1</sup> Verba non usitata post textum explicantur et hoc modo in textu ipso signantur: verbum.

1. Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto 13 parole scelte fra quelle elencate dopo il testo (indica il numero nello spazio bianco):

Claudius, qui quartus post Augustum rem Romanam acceperat, voluit se utilem Romanis monstrare; ergo, victoriae desiderio, multos \_\_\_\_\_ petivit. In Britannos bellum gessit: neque ante Iulium Caesarem neque post eum, \_\_\_\_\_ imperator ad insulam ivit; Claudius autem paucos dies pugnavit, paucos milites perdidit et, brevi \_\_\_\_\_, magnam insulae partem subegit. Post Orcadum deditionem, cum \_\_\_\_\_ revertit, filius eius 'Britannicus' vocatus est. Postea Vespasianus, qui \_\_\_\_\_ fuit post Neronem, iubente Claudio, in Britanniam \_\_\_\_\_ et insulam Vectam, quae in mari \_\_\_\_\_ Britanniam est, cepit. Nero imperator Claudium secutus est, sed fere nullum bellum \_\_\_\_\_, multa detrimenta imperio Romano intulit et fere totam Britanniam amisit: duae illustres civitates in hostium manus ceciderunt. Post fere L annos Hadrianus imperator voluit Britanniam \_\_\_\_\_ defendere. Alterum vallum a Severo imperatore aedificatum est, quia propter magna et crudelia proelia pars insulae capta erat a \_\_\_\_\_ populis. \_\_\_\_\_ vallum turribus munitum erat et \_\_\_\_\_ a litore ad litus. Severus obiit morbo apud Eboracum et, \_\_\_\_\_ eius filii, Bassianus imperium cepit et Caracalla a Romanis vocatus est.

- |           |            |             |                 |
|-----------|------------|-------------|-----------------|
| 1. nemo   | 6. ducebat | 11. tempore | 16. ducebatur   |
| 2. hostes | 7. ullus   | 12. apud    | 17. fortissimis |
| 3. die    | 8. cives   | 13. pro     | 18. princeps    |
| 4. bonis  | 9. domum   | 14. eius    | 19. vallo       |
| 5. ex     | 10. inter  | 15. incepit | 20. ivit        |

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e barra la risposta esatta (vero o falso)

1. Claudius voluit Romanorum imperio regiones adicere ut se bonum principem ostenderet	V	F
2. Multi principes insulam Britanniam capere voluerunt, sed Caesar unus eam vicit	V	F
3. Claudius multa proelia cum Britannis commisit ut insulae magnam partem subigeret	V	F
4. Post Britanniam Claudius ipse et Orcades insulas et Vectam cepit	V	F
5. Claudii filius 'Britannicus' vocatus est post Britannicum bellum	V	F
6. Vespasianus in Britanniam ivit, postquam imperatori Neroni successit	V	F
7. Cum Nero nulla proelia in hostes commisisset, Britannia fere tota amissa est	V	F
8. Nero autem nulla alia detrimenta Romanis intulit: eo imperante, duas alias urbes Britanniae Romani ceperunt	V	F
9. Hadrianus Britanniam defendere voluit, sed nihil ad hoc fecit	V	F
10. Severus certior factus est Britanniae partem, post multa et gravia proelia, a fortissimis hostibus captam esse	V	F
11. Vallum, quod Severus aedificavit, longissimum et munitissimum erat	V	F
12. Severus mortuus est in Britannia, quia in morbum inciderat	V	F
13. Bassianus et Gaeta, eius filii, eum secuti sunt in imperium	V	F

3. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte:

1. Quis est Claudius?
  - a. Unus ex principibus qui post Augustum imperium ceperunt
  - b. Imperator quem Vespasianus secutus est
  - c. Imperator qui, post Britannicum bellum, insulam vallo defendere voluit
  - d. Imperator qui Britannici filius fuit
2. Cur Claudius Britanniam petivit?
  - a. Quia multi alii in Britanniam post Caesarem iverant
  - b. Quia, victoriam gloriamque volens, multa bella tulit
  - c. Quia Vespasianus iam Vectam insulam imperio Romano adiecerat
  - d. Quia antiqui Romani Britannos vicerant et insulae magnam partem ceperant
3. Quid fecit Nero?
  - a. Nero, vir nullae virtutis, post Claudium princeps fuit, idemque Britanniam amisit
  - b. Nero Britanniam amisit, sed alia bella pro imperio Romano gessit et multas provincias ei adiecit
  - c. Nero Britanniam amisit sed nulla alia mala imperio Romano fecit
  - d. Nero Britanniam amisit sed Vespasianus, ab eo missus, Vectam cepit
4. Quid fecit Severus?
  - a. Severus voluit rursus Britanniam totam capere
  - b. Severus Bassianum et Getam, suos filios, in Britanniam misit, ut eam defenderent
  - c. Severus parvam fossam et vallum cum turribus fecit ut Britanniam defenderet
  - d. Severus voluit defendere Britanniae partem quae ab hostibus capta non erat

4. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte:

1. r. 4. **quisquam** è:
  - b. Un pronome interrogativo
  - c. Un aggettivo indefinito
  - d. Un pronome indefinito
  - e. Un pronome relativo
2. r. 7. **hoc** è:
  - a. Pronome dimostrativo ablativo singolare
  - b. Aggettivo dimostrativo ablativo singolare
  - c. Pronome dimostrativo accusativo singolare
  - d. Aggettivo dimostrativo accusativo singolare
3. r. 13. **quod** è:
  - a. Pronome relativo nominativo neutro singolare
  - b. Aggettivo interrogativo nominativo neutro singolare
  - c. Pronome relativo accusativo neutro singolare
  - d. Congiunzione subordinante causale
4. r. 15. **defendendam** è:
  - a. Participio presente
  - b. Participio passato
  - c. Gerundivo
  - d. Gerundio

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito:

a. r. 1 *Volens*

Qui \_\_\_\_\_

b. r. 5 *Ultra Britanniam in Oceano positas*

Quae ultra Britanniam in Oceano positae \_\_\_\_\_

c. r. 8: *Qui post Neronem imperavit*

Post Neronem \_\_\_\_\_ (si usi una forma implicita)

d. r. 8 *In Britanniam missus*

Cum in Britanniam \_\_\_\_\_

e. rr. 9-10. *Succedens autem Claudio in imperium Nero*

Ubi autem Claudio in imperium Nero \_\_\_\_\_

f. r. 11 *Nerone imperatore*

Dum Nero imperator \_\_\_\_\_

g. r. 13 *Ad Britanniam defendendam*

Britanniae \_\_\_\_\_ causa

h. r. 14 *Cum vidisset*

Quia \_\_\_\_\_

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nel seguente brano, tratto dal prosieguo di quello analizzato:

Postea Diocletianus XXXIII ab Augusto \_\_\_\_\_ ab exercitu electus est, Maximianumque socium creavit imperii. Quorum tempore Corausius \_\_\_\_\_, genere quidem infimus, sed consilio et \_\_\_\_\_ promptus, cum ad observanda Oceani litora, quae tunc Franci et Saxones infestabant, positus, plus in perniciem quam in profectum \_\_\_\_\_ ageret, ereptam praedonibus praedam ex nulla \_\_\_\_\_ restituendo dominis, sed sibi soli vindicando. Neque abfuit suspicio, quin ipsos quoque hostes ad incursandos fines artificii negligentia permetteret; \_\_\_\_\_ ob rem, a Maximiano iussus occidi, purpuram sumpsit, ac Britanniam occupavit. Qua sibi per VII annos fortissime vindicata ac retenta, tandem fraude Allecti socii \_\_\_\_\_ interfectus est. Allectus postea ereptam Carausio insulam per triennium tenuit; quem Asclipiodotus praefectus praetorio oppressit, Britanniamque post X annos \_\_\_\_\_.

qui, quae, quod  
quidam, quaedam, quoddam  
manus, us f.  
respublica, ae f.

recipio, is, cepi, ceptum, ěre  
suus, a, um  
imperator, is m.  
pars, partis f.

## Soluzioni livello A

## Esercizio 1

Claudius, qui quartus post Augustum rem Romanam acceperat, voluit se utilem Romanis monstrare; ergo, victoriae desiderio, multos **2. hostes** petivit. In Britannos bellum gessit: neque ante Iulium Caesarem, neque post eum **7. ullus** imperator ad insulam ivit; Claudius autem paucos dies pugnavit, paucos milites perdidit et, brevi **11. tempore**, magnam insulae partem subegit. Post Orcadum deditionem, cum **9. domum** revertit, filius eius 'Britannicus' vocatus est. Postea Vespasianus, qui **18. princeps** fuit post Neronem, iubente Claudio, in Britanniam **20. ivit** et insulam Vectam, quae in mari **12. apud** Britanniam est, cepit. Nero Claudium imperator secutus est, sed fere nullum bellum **15. incepit**, multa detrimenta imperio Romano intulit et fere totam Britanniam amisit: duae illustres civitates in hostium manus ceciderunt. Post fere L annos Hadrianus imperator voluit Britanniam **19. vallo** defendere. Alterum vallum a Severo imperatore aedificatum est, quia propter magna et crudelia proelia pars insulae capta erat a **17. fortissimis** populis. **14. Eius** vallum turribus munitus erat et **16. ducebatur** a litore ad litus. Severus obiit morbo apud Eboracum et, **5. ex** eius filiis, Bassianus imperium cepit et Caracalla a Romanis vocatus est.

## Esercizio 2

1. V / 2. F / 3. F / 4. F / 5. V / 6. F / 7. V / 8. F / 9. F / 10. V / 11. V / 12. V / 13. F

## Esercizio 3

1. A / 2. B / 3. A / 4. D

## Esercizio 4

1. C / 2. D / 3. A / 4. C

## Esercizio 5

- |   |  |
|---|--|
| a. R. 1 <u>Volens</u> :                           | Qui volebat  |
| b. R. 5 <u>Ultra Britanniam in Oceano positas</u> | Quae ultra Britanniam in Oceano positae sunt/erant   |
| c. R. 8 <u>Qui post Neronem imperavit</u>         | Post Neronem <i>imperans/regnans</i> (si usi una forma implicita)                                    |
| d. R. 8 <u>In Britanniam missus</u> :             | Cum in Britanniam <i>missus esset/erat/est</i>   |
| e. R. 9 <u>Succedens Nero</u> :                   | Ubi autem Claudio in imperium Nero <i>successit</i>  |
| f. R. 11 <u>Nerone imperatore</u> :               | Dum Nero imperator <i>est/ erat (regnat -abat, imperat/-abat...)</i> (imperfetto attestato in Livio) |
| g. R. 13 <u>Ad Britanniam defendendam</u> :       | Britanniae <i>defendendae</i> causa  |
| h. R. 14 <u>Cum vidisset</u> :                    | Quia <i>viderat/vidit</i>  |

## Esercizio 6

Postea Diocletianus XXXIII ab Augusto **imperator** ab exercitu electus est, Maximianumque socium creavit imperii. Quorum tempore Corausius **quidam**, genere quidem infimus, sed consilio et **manu** promptus, cum ad observanda Oceani litora, quae tunc Franci et Saxones infestabant, positus, plus in perniciem quam in profectum **reipublicae** ageret, ereptam praedonibus praedam nulla ex **parte** restituendo dominis, sed sibi soli vindicando. Neque abfuit suspicio, quin ipsos quoque hostes ad incursandos fines artificii negligentia permetteret; **quam** ob rem, a Maximiano iussus occidi, purpuram sumpsit, ac Britanniam occupavit. Qua sibi per VII annos fortissime vindicata ac retenta, tandem fraude Allecti socii **sui** interfectus est. Allectus postea ereptam Carausio insulam per triennium tenuit; quem Asclipiodotus praefectus praetorio oppressit, Britanniamque post X annos **recepit**.

## VALUTAZIONE

### TUTTI GLI ESERCIZI VANNO SVOLTI PER OTTENERE IL LIVELLO A2

Si ottiene la certificazione di livello A2 con almeno 38/50 (75% ca del totale), ottenuti però in questo modo:

**5** esercizi devono essere corretti almeno al 75%; **nessun** esercizio deve essere corretto MENO DEL 25%

Esercizio	1 (competenza lessicale)	2 (comprensione globale)	3 (comprensione analitica)	4 (competenza morfo-sintattica riconoscimento)	5 (competenze morfosintattica attiva)	6 (competenza lessicale e morfosintattica attiva)
75%	10	10	3	3	6	6
25%	3	3	1	1	2	2

Se si svolgono solo i primi 5 esercizi (o l'ultimo è totalmente errato o con una sola risposta esatta, quindi non computabile), si ottiene la certificazione di livello A1 con almeno 32/42 (75% ca del totale), ottenuti però in questo modo:

**4** esercizi devono essere corretti almeno al 75%; **nessun** esercizio deve essere corretto MENO DEL 25%

Esercizio	1 (competenza lessicale)	2 (comprensione globale)	3 (comprensione analitica)	4 (competenza morfo-sintattica riconoscimento)	5 (competenze morfosintattica attiva)
75%	10	10	3	3	6
25%	3	3	1	1	2

Qualora l'es. 6 fosse svolto e computabile, ma il totale non consentisse il raggiungimento del livello A2, si può ottenere l'A1 con 32 punti; si ricorda però che **4** esercizi devono essere corretti almeno al 75%; **nessuno** dei due esercizi rimanenti deve essere corretto MENO DEL 25%:

Esercizio	1 (competenza lessicale)	2 (comprensione e globale)	3 (comprensione e analitica)	4 (competenza morfo-sintattica)	5 (competenze morfosintattica attiva)	6 (competenza lessicale e morfosintattica)
75%	10	10	3	3	6	6
25%	3	3	1	1	2	2

Qualora infine l'es. 6 fosse svolto e computabile, ma il totale non consentisse il raggiungimento del livello A2, si può ottenere l'A1 con 32 punti, anche se l'**esercizio 4** (tipologia di competenze affine a quella di 6) fosse totalmente errato o non computabile (una sola risposta corretta), purché **4** esercizi siano corretti almeno al 75%; e **il quinto sia corretto almeno al 25%**

Esercizio	1 (competenza lessicale)	2 (comprensione globale)	3 (comprensione analitica)	5 (competenze morfosintattica attiva)	6 (competenza lessicale e morfosintattica attiva)
75%	10	10	3	6	6
25%	3	3	1	2	2